



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Joannis Nadasi, è Societate Jesu, Annus Caelestis,  
Jesu Regi, & Mariae Reginae, Sanctorum Omnis Sacer**

Anni Caelestis Dies, & Festa Mobilia

**Nádasi, János**

**Coloniae Ubiorum, 1667**

19 Jan. 15 Kal. Feb.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53527](#)

XVIII JANUARII. 101

habito; & quicquid cogito, loquor, ago,  
ora, ut sit Laus tua, ô Virgo amabilis,  
atque laudabilis!

18 Jan. 15 Kal. Feb.

S Prisca Romana Virgo nobilis,  
. quæ tredecim tantum annos  
nata, operta verberibus, ferventi  
adipe delibuta, à leone ad pedes ab-  
jecto honorata, triduanâ inediâ  
afflcta, in equuleo ungulis ferreis  
cruiciata, à rogo illæsa, divino lu-  
mine, ac cælesti voce, cantûque  
Angelico animata, capite plexa, ad  
cælum evocata es illâ voce: *Ingre-  
dere in regnum calorum cum omni-  
bus Sanctis; quia certâsti pro nomine  
meo:* & cadaver virgo ab aquilis cu-  
stoditum. Tenerima, & fortissima  
Virgo, per omnia illa, doloribus,  
& gloriâ plena, mortis tuæ instru-  
menta, te rogo, juva me inter do-  
lores mortis meæ: ne per dolores  
mortis hujus, ad dolores æternæ  
mortis abripiar; sed ad gaudiorum  
illorum æternitatem ducar, ubi in  
throno rutilante sedere conspecta  
es. Amen.

S. Petre Apostole, Romanæ  
Cathedræ Princeps.

Sancti Mosee, & Ammoni, mili-  
tes pro Christo combusti.

F 3

S. Ar-

102 ANNI CÆLESTIS

S. Archelaa V. M. à famelic  
leonibus nihil passa : cui opem vo  
è cælo missa spopondit.

Sanctæ novem sorores Regis f  
liae, Virgines MM.

S. Athenogenes Theologe, qu  
per ignem ad æteinitatem transfu  
rus Martyr, lætus hymnum cecini  
sti, eumque scriptum discipulis re  
liquisti.

S. Volusiane Ep. in exilio extin  
cte.

S. Leobarde recluse, qui mortu  
semper memor, tu ipse tibi sepul  
chrum vivens præparasti.

S. Deicola Abba, qui pallium  
tuum è Solis radio, velut è clavo  
suspendisti, illo ibi, per duas, tré*teras*  
horas, pendente, in omnium ad  
miratione.

S. Liberata Virgo.

OMNES SANCTI, &c

pag. 44.

S. MARIA, de Providentiâ dicta  
& hodie celebrata; cuius etiam hodie  
electionis diem celebrant aliqui, qua  
lecta es ab aeterno. O Domina, providi  
mihi; & effice, ut ita te colam, ut tu  
coluerunt, & colunt, electi Dei  
in quibus radices mi  
sisti!

19 Jan.